q̄ sit transitus de extremo in extreum oportet transire per media igitur ante q̄ aliquod subiectum sit sub calore unius gradus oportet q̄ prius fuerit sub calore intermedii gradus. Item si possibile sit aliquod subiectum esse sub calore unius gradus autem q̄ sub calore remissori sequitur q̄ erit possibile aliquod subiectum esse sub

Questio Septima

intensissimo gradu alicuius formeantem sit sub gradu remissori quod est falsum. Tum tertio dato qd sit possibili transire de extremo in extremum non per transiendum media tamen videtur satis possibile qd pertransiuntur omnia media inducatur ergo calor illo modo in aliquod subiectum ita qd ante quemlibet calorem quantumcum remissum fuerit aliquis calor remissor in illo subiecto quo supposito capiatur primum instantis in quo erit calor in illo subiecto et arguitur sic vel ille calor est remissimus qui potest esse ita qd nullus calor possit esse remissor illo extra sum totum nec in suo toto et sic habebitur intentum vel est aliquis remissor et sequitur qd ille prius fuit introductus et per consequens non datur primum instantis in quo illud subiectum habet calorem.

Ad ista respondetur et ad primum

dico quod non semper oportet qd quando fit transitus de extremo ad extreum oportet transire omnia media sicut capilli quando sunt albi non prius efficiuntur virides vel rubei et tamen transiunt de extremo in extremum pura de nigredine in albedinem quanto magis quando fit transitus de una specie remissa ad alia intensiora eiusdem speciei non oportet transire omnia media et ex isto sequitur qd si aliquod calidum debeat corrumpere frigiditatem alicuius corporis quod in primo instanti in quo minimum naturale calor est productum verum erit dicere qd in subiecto illius minimi semper antea fuit frigiditas per totum extensa et in illo instanti nulla est ibi frigiditas et ita si medietas illius subiecti proximior agenti sit a et alia b verum est dicere quod nec in a nec in b est frigiditas et tamen semper intensior fuit frigiditas in b qd a et ita agens eque cito corrumpit frigiditatem in parte distante sicut in parte propinqua.

Ad aliud concedo illatum analogia

est capitulo corpore luminoso et applicetur aer benedictus posito ad susceptionem luminis tunc in instanti producit suum lumen et tamen non prius producit lumen remissum et qd illud lumen in illo instanti ab ipso producitur non sit remissimum quod poterat producere patet quia si modicum recedat ab illo aere illud lumen remittetur et tunc ad principalem propositionem assumptam quando fit transitus de extremo in extremum oportet quod fiat transitus per media dico qd illa propositio solum modo habet verum de mobili moto secundum locum et non oportet de mobilibus motis alijs speciebus ipsius motus ut ante declaratum est.

Ad aliud dicitur qd tenendo istud

minimum naturale suppositionem admittenda sed ipsa admissa dico quod non dabitur primum instantis in quo illud subiectum habet aliquem calorem sicut de mobili qd incipit transire spacium quacunq; enim parte data qua pertransbit prius pertransfuit alias sed non dabitur ipsum pertransitum ab ipso.

Ad confirmationem respondetur

qd in illo casu illa materia subito informabitur forma ita qd illa semipedalita adeo cito infarmabitur forma ignis sicut illa pedalitas et quando dicas si hoc esset verum hoc ideo foret ne daretur minus minimo naturale ipsius ignis hoc nego immo est causa ne daretur minus minimo naturale ipsius ligni et sic dico qd de per accidens totum illud lignum subito inflammatur et eodem modo si minimum

naturale ignis sit pedalis quantitatis et minimum naturale ligni sit semipedalis quantitatis tunc applicato ligno pedali cum semis igni potest dici qd totum illud lignum subito incendetur vel qd in illo instanti in quo incendetur illa pedalitas incipit incendi illa semipedalitas per ultimum non quemadmodum contingit de angelo immediate post aliud productio et retenta illa eadem suppositione applicato ligno quadrupedali aliqui igni dico qd prima pedalitas incenditur in instanti secunda secundum se et quodlibet sui successivae prima medietas quartae pedalitas proximior agenti successivae sed ultima medietas in instanti ne detur minus minimo naturali ligni.

Quarto principaliter arguitur ex

ista positione sequitur qd a proportione majoris inequalitatis non fieret actio quod est falsum et patet consequenti capiatur minimum naturale aque resistente ut. 4. cui applicetur unum agens frigidum actu tatis et .viii. tunc sic vel istud frigidum ager in illud minimum naturale vel non si secundum haberet intentum si primum sequitur qd dabitur ultimum instantis esse rei permanentis secundum se et quodlibet sui probo consequentiam simus in illo instanti in quo illud agens frigidum incipit introduce frigiditatem in illud minimum naturale et sic arguitur immediate post hoc erit frigus in isto minimo naturali et dicitur immediate post hoc condensabitur et per consequens immediate post hoc occupabit minorem locum et tunc quero vel immediate post hoc informabitur ista forma vel non si secundum instantis praesens est ultimum esse illius forme si primum dabitur minus minimo et probatur consequentia quia frigiditas est mater condensationis.

Forte dicas et apparenter sicut dicit

Paulus venetus in sua magna philosophia loquens de ista materia qd non quilibet gradus frigiditatis natus est condensare illud minimum naturale sic falsum est dicere qd in illo instanti in quo illud agens incipit introducere frigus in illud minimum naturale illud passus immediate post hoc condensabitur sed licet hoc veritati sit cousonum non tamen evadat difficultatem quia ex quo aliquod frigus natum est condensare illud minimus naturale et aliquod non quero vel datur maximum frigus quod natum est condensare illud minimum naturale et clarum est quod non quia si aliquod frigus natum est condensare etiam quodlibet maius poterit nec etiam dampnum et minimum frigus quod non potest condensare illud minimum quia si maius non potest nullum minus poterit restat ergo qd detur minimum frigus quod potest condensare illud minimum naturale vel maximum quod non potest si detur maximum frigus quod non potest signetur illud et gratia exempli sit unus gradus et tunc sequeretur qd in illo instanti in quo in illud minimum naturale sit introductus gradus frigiditatis illud minimum naturale destinat esse quia immediate post illud instantis condensabitur ex quo immediate post hoc in illo minimum naturale erit introducere frigiditas nata condensare illud vel dabitur minimum frigus quod potest condensare illud minimum naturale et sequitur statim qd in primo instanti in quo illud frigus erit introducetur incipiat condensare illud minimum per ultimum non esse et ita adhuc in illo instanti illa forma est et non immediate post hoc erit et ita semper habetur propositum.

Primi phisicorum

Confirmatur sic non est dabilis

minima materia quam per se forma humana potest informare igitur neq; dabilis est minima materia quam per se potest informare forma aque vel forma ignis tenet consequentia quia equalis est ratio in omnibus antecedens patet quia dato illo homine sic arguo sequeretur q; naturaliter non posset fieri maior vel perdere aliquid membrum violenter et q; esset aliquis scolasticus qui non posset verberari que etiam videntur absurdia et consequentia patet quia si talis homo verberetur ita q; aliquid perdatur de ipsa materia tunc illa forma non amplius informabit illam materiam vel alias dabitur minus minimum naturali.

Et subconfirmatur et adduco argumentum prius factum. Non datur minimum naturale alicuius forme accidentalis quo ad extensionem igitur hec opinio est nulla probatur assumptum et pono casum q; aliquid agens calidum applicatum sit alicui calefaciens in quo per unam horam introducit calorem et tunc queror vel quilibet calor successiue producetur vel non. Forte dices sicut prius dictum fuit q; minimum naturale calor quo ad extensionem producetur in instanti. Sed ex illo sic arguo sequeretur q; posset dari minimum naturale calor quoad intensionem quod hec opinio negat consequentiam tamens probo illud est minimum naturale calor quo ad intensionem. Si enim posset dari calor minor quo ad intensionem ille debuerit prius produci ab agente. Nam mere gratis et sine aliqua ratione dicitur q; producatur aliquid calor prius intensus q; eo remissus sit enim gratia exempli ille minimus calor quo ad extensionem unus gradus quo ad intensionem mirabile est quare prius non sicut productus calor tante extensio in duplo autem minus intensus quia nullum fuisse secutum inconveniens non enim fuisse datum minorum naturale. Quod si forte dicas q; producatur calor tante intensionis in instanti hoc esse ex virtute ipsius agentis dicetur tibi etiam eodem modo tenendo maximum quod non q; illud produceretur in instanti cum aliqua parte residui et diceretur q; illud proueniret ex virtute agentis et ita male impugnata fuisse a me illa propo- sitio quod ego saltem reputo inconveniens.

Ad quartum principale responde- tur negando consequentiam unde dico q; nullum agens naturale potest condensare illud minimum separatum a toto quia si illud minimum condenserit tamen erit minus q; antea quod est falsum et sic dices q; una illarum sub contraria sit falsa affirmativa scilicet aliquid frigus potest condensare illud minimum naturale. Sed istud videtur precise solvere argumentum verbaler, et non radicaliter quia ducetur argumentum sic aliquid frigus potest condensare hanc materiam et aliquid non igitur datur maximum frigus quod potest condensare illam materialiter vel maximum frigus quod non potest condensare illam materialiter vel minimum quod sufficit condensare illam materialiter vel minimum quod non sufficit condensare illam materialiter et quodcumq; istorum membrorum detur ducetur argumentum ut prius. Propterea videtur in hi esse concedendum q; in illo casu datur ultimum instanti esse rei permanentis secundum se et quodlibet sui et tunc dico q; licet nullum egens naturale possit condensare illud minimum non tamen sequitur q; a proportione majoris inequalitatis non possit fieri actio quia licet illud agens non possit agere in illud separatum a to-

to tamen posset bene agere in illud si esset in suo toto et sic q; non agat non prouenit ex parte ipsius agentis vel quia resistentia illius minimi sit tanta quanta est actio etas illius agentis sed ratio est quia implicat contradictionem illud minimum posse fieri minus

Cad confirmationem respondet paulus venetus loco preallegato q; in omogenieis sicut est aqua vel ignis est dabile minimum naturale sed i ethe rogenis non ita q; vult dicere q; non est dabilis minima materia quam per se forma hominis potest informare nec etiam dabilis est maxima materia quam per se potest in formare forma hominis et nullam maiorem et hoc propter suam magnitudinem sed dabiles sunt due latitudines materie et ad quamlibet illarum terminatur forma hominis exclusive gratia exempli capianter due materie et scilicet et b tunc dicitur q; neutram illarum forma hominis potest informare a non potest informare propter suam paruitatem et propter eius magnitudinem sed quamlibet materiam maiorem et minorem b forma hominis potest informare ita q; a est maxima materia quae forma hominis non potest informare b vero minima materia quam non potest informare.

Forte dicas bene sequitur a mate- ria est maxima quam forma hominis non potest informare et quamlibet maiorem potest informare sed b est maior a igitur b materialiter forma hominis potest informare et quod est contra dicta et eodem modo arguitur q; a materialiter forma hominis potest informare quia b est minima quam forma hominis non potest informare igitur quamlibet minorem forma hominis potest informare igitur a materialiter postq; est minor b potest informare.

Respondetur concedendo q; sim- pliciter non est danda maxima materia quam forma hominis non potest informare sed ad hunc sensum datur maxima materia q; forma hominis non potest informare et q; illam materialiter forma hominis non potest informare et quamlibet maiorem infra minimam quam non potest informare et eodem modo conceditur q; b est minima materia quam forma hominis non potest informare et quamlibet maiorem supra maximam quam non potest informare.

Forte dicas si b est minima mate- ria quam forma hominis non potest informare igitur b. materialiter forma hominis non potest informare sed quamlibet maiorem supra maximam quam non forma hominis potest informare.

Sed contra illud sic arguo et pono q; sortes sit sub quantitate media inter a et b, tunc sic arguo sortes potest esse sub qualibet quantitate inter a et b igitur sortes potest augmentari usq; ad b ponatur ergo in esse q; sortes algebitur usq; ad b et sequitur q; quandoq; est sub b quantitate et per consequens b quantitas non erat minima sub qua non poterat esse forma hominis.

Ad hoc dico concedendo q; sortes potest augeri usq; ad b exclusive et non inclusive et illa debet ponri in esse per singulares sic sortes augmentatur usq; ad illam quantitatē infra b et supra a et ratio est q;

Questio Septima

per illam propositionem denotatur ad quod quia amlibet quam
tamen infra sortes possit augmentari que quidem pro
positio debet poni inesse per singulares eo modo quo vi
ctum est et licet hec opinio satis sit probabilis tamen te
nendo minimum naturale aliter respondetur ad principale
argumentum concedendo illa que ibides illata sunt
licet videantur extranca hoc ideo est quia nunc exper
ientia docuit aliquem tamquam hominem nec unquam au
ditum est aliquem tamquam scolasticum fuisse in rerum na
tura.

Ad subconfirmationem respon

detur negando et non detur minimum naturale forme ac
cidentalis secundum extensionem et quando dicas et alia
quod agens calidum applicetur alicui calefactibili vel
quislibet calor successus producetur vel non respondeo
sicut responsum est inter argendum et minimum natura
le caloris quo ad extensionem producitur in instanti et
nego et ex illo sequatur illud esse minimum naturale ca
loris quoad extensionem immo dico et posset dari calor
equalis secundum extensionem minor aut secundum extensionem breuiter dico
et causa quare producatur in instanti calor tante exten
sionis est quia licet minor potuerit produci tamen tanta est
virtus ipsius agentis et in instanti calorem tante inten
sionis producere et quando dicas eodem modo tenendo
maximum quod non dicetur et ipsum producetur in in
stanti cum aliqua certa parte residui respondeo et nihil co
tra me potest dicere quicquid libet sed non tanta appare
rentia siud sustineri potest sicut istud et ratiocinatur
est quia agens calefactuum producens in instanti min
imum naturale calor non potest producere nisi sit alicui
ius certe intensionis sed illud non requiritur quo ad ex
tensionem Aliam etiam do responsum ad argumentum
qua quidem solutione data evanescunt hec argumenta
et dico et datur minimum naturale calor secundum ex
tensionem nihilo minus tamen quislibet calor quo ad ex
tensionem incipit esse per ultimum sui non esse quemad
modum dictum fuit et maximum quod non incipit esse
per ultimum sui non esse

Quinto pricipi aliter arguitur Da
tur minus minimus naturali secundum hanc positionem
igitur hec posito male posita consequentia claret et ante
cedens patet yolo et minimum naturale ignis sit pedalis
quantitatis et alicuius ignis applicentur centus materie qua
rum quislibet sit pedalis et yolo et ille materie non sint co
tinuae sed contigae tunc sic arguitur secunda pedalitas
incendetur successus et per consequens ibi dabitur ignis
semipedalis extra suum totum. Si dicas et secunda pe
dalitas incendetur in instanti sic arguo vel incendetur in
eodem instanti in quo incendetur prima vel non primum
non est dicendum quia illud agens citius debet agere in
propinquum et iustans cum non sit repugnativa ex par
te passi. Propterea forte dicas et non incendetur in eo
dem instanti sed immedie post primam incendetur secunda que
ro vel immedie post hoc etiam incendetur et tunc se
quitur et quod illud agens postea introduxit formam ignis
in secundam pedalitatem expectabit per tempus antec
agat in tertiam quod apparet esse falsus quia in illo tem
pore in quo non agit in tertiam pedalitatem ipsius agens

est bene dispositum similiter ipsum passum quare igitur
non agit in passa m.

Confirmatur probando quod ille

ignis non debet agere in instanti in primam pedalitatem
sed successive et hoc sic tota ratio quare dicitur istud
reformam ignis in hanc primam pedalitatem est ne de
bet minus minimum ista ratio non valet quod sic probo da
to et prima medietas illius pedalitatis citius informe
tur forma ignis et secundum licet daretur minus minimum
hoc tamen non esset extra suum totum quod non incon
uenit et quod ille ignis non esset extra suum totum sic p
robo ille ignis semipedalis et il lud lignum semipedale co
stituerent unum totum integrum et per consequens ille
ignis non esset extra suum totum consequentis claret de
se et assumptum patet quia ille semipedales materie con
tinuantur igitur.

Forte dicas quod illud non sufficit sed
requiritur continuatio veriusque partis essentialis modo
illa forma ignis et formalium non continuantur et sic non
constituerent unum totum irregulare.

Sed contra hominem est vacuum con
tinuum et tamen precise una medietas materie con
tinuat alteri et forma quae est in una medietate non con
tinuat formam que est in altera medietate igitur illud non
requiritur.

Et subconfirmationem non est dabili
lis minima materia quam forma aquae informare potest
ergo opinio nulla consequentia est clara et probo assump
tum et accipio minimum naturale aquae et sit pedalis lon
gitudinis et quero a te vel forma aquae tantam extensi
onem materie quoad latitudinem et profunditatem sibi de
terminat vel non. Si primum sic arguo aqua ex sua na
tura nullam certam figuram sibi determinat igitur mini
mum naturale ipsius aquae non est pedalis extensio
nis quo ad omnem dimensionem consequentia est manifesta
et assumptionem probabo docet experientia et capta aliqua az
qua si ipsa ponatur in corpore graui oblongo figure co
lumnaris. Et si iterum capiatur aliud corpus continua
figure rotunde et in illud ponatur illa aqua tunc ipsa er
rit sub alia figura et si aliud capiatur corpus concavum si
ue sit figura triangularis siue quadrangularis etiam in eo
poni potest talis aqua et erit alterius figura et semper sup
pono illa corpora esse eaque capacitate et per consequens nul
la corpora esse eaque capacitate et per consequens forma az
qua non determinat sibi certam extensionem materie quo
ad aliquam dimensionem et per consequens simpliciter
est concedendum et forma aquae nullam extensionem ma
terie sibi determinat. Si autem dederis responsum pu
ta et forma aquae licet sibi determinet extensioem peda
dalem materie quoad longitudinem non tamen quo ad
latitudinem vel profunditatem infero esse repugnantiam
in hac opinione accipiatur enim minimum naturale in
specie aquae quod sit pedalis longitudo postea non de
terminat sibi tantam extensionem materie quoad latitu
dinem vel profunditatem poterit ab eo separari aliqua
pars pedalis longitudo minoris latitudinis aut pro
funditatis et antea que tamen bene per se existere pot
erit et per consequens dabitur minus minimum naturale qd
clarum est implicare ex terminis.

Primi phisicorum

Ad quistum principale respōdetur

q̄ in illo casu iste ignis successiue ager in illam secundam pedalem materiam quia licet prima pedalis materia & se cunda non continuatur tamen illi ignes continuabuntur & non habes minus minus extra suum totum & licet hoc videatur satisfacere non tamen extinguit difficultatem quia ut ante vitum est' dabilis est minimum calor secundam extensionem ponatur ergo q̄ minimum naturale calor secundum extensionem sit pedalis quantitas & arguatur ut supra. quia non potest dici q̄ calor prime pedalitatis & calor secunde continuantur quia accidentia nunc continuantur si sint in diversis subiectis non continuatis. Propterea dico q̄ quelibet instans pedalitatum in instanti informabitur forma ignis & in quamlibet illarum in instanti introduetur calor sed post q̄ agens egerie vnam pedalitatem de necessitate expectabat anteq̄ agat in sequentem & causâ quia agens naturale non adeo cito potest disponere secundam materiam sicut primam & negat tertiam adeo cito sicut secundam propterea postq̄ egerit in primam oportet q̄ disponat secundam & sic de aliis. Sed dices volo q̄ ille omnes materie sint equaliter disposite dico q̄ implicat omnes illas materias esse eque bene dispositas respectu illius agentis & non esse equaliter applicatas eidem agenti quia a pplicatio se tenet ex parte bone dispositionis ad aliquam formam naturalem suscipiendam Si dicas posito q̄ sint omnes ille materie eque bene disposite quoad primas qualitatibus dispositiones & non eque bene applicate quoad distantiam localem adhuc currit argumentum ad probandum q̄ non quilibet illarum materialium informabitur in instanti Ad hoc dico q̄ vix naturaliter posset dari casus in quo ille materie essent eque bene disposite quoad primas dispositiones & non essent cum causis conseruatiuis illarum dispositionum quia tamen calus non videtur implicare contradictionem naturaliter dico sicut dictum est q̄ agens de necessitate expectabit & hoc est ex natura rei si hac solutio non volueris contentus residet aliquam aliam quere.

Sed contra hanc solutionem sic

arguo capiatur aliquod minimum naturale & applicetur alicui agenti gratia exempli sit minimum naturale ignis pedalis quantitatis & applicetur unum corpus pedale alicui ignis capiatur insuper unum aliud tale corpus & ponatur eius medietas penetratiue cum medietate remotiori primi minimi ab ipso agente ponatur tertium minimum sic q̄ eius medietas sit penetratiue cum medietate secundi minimi naturalis remotiori ab ipso agente & ita ponatur deus infinita corpora pedalia sic se habentia ut p̄dictū est tunc arguitur sic istud agens eque cito ager in omnia iste immo illo instanti in quo introduetur forma substantialis ignis in primam materiam minime quam potest informare forma ignis etiam introduetur forma substantialis in quamlibet illarum materialium quod sic proposito signetur primum instans in quo erit introducta forma ignis in primum minimum & tunc sic arguitur in illo eodem instanti introductory erit forma substantialis ignis in secundum minimum naturale quia in illo instanti prima medietas secundi minimi est adeo propinquua ipsi agenti sicut secunda medietas primi minimi & per consequens in illo instanti in quo erit introductory secunda substantialis in secundam medietatem primi minimi etiam erit introductory forma substantialis illa in medietatem secundi mini-

mi & per consequens in illo eodem instanti secundum minimum erit totaliter incensum quia alias daretur minus minus extra suum totum. Et eodem modo probari potest q̄ in eodem instanti succendetur tertium minimum naturale quartum & quintum & sic consequenter & sic eque cito ager inynam partem distante a le mille leuis sicut in partem propinquam & per consequens eodem modo dicendum est in casu principali ipsius argumenti q̄ eque cito incendetur secundum minimum & similiter tertium sicut primum.

Respondetur quod licet in quod

libet illorum minimum iste ignis ager in instanti non tamen ager in eodem instanti in omnia ista & sic concedendum esset q̄ agit in aliquod passum & tamen in aliud sibi equaliter applicatum et equa liter dispositum non agit forte etiā diciporest q̄ in casu positio in eodem instanti ager in omnia ista & sic in aliquo instanti ageret per infinitam distantiam in illud non reputatur maius inconveniens q̄ hoc quod communiter concedi solet videlicet si essent infinita corpora equaliter disposita ad susceptionem caloris & essent applicata alicui igni q̄ ille ignis eque citio ager in omnia illa & illud solum prouenit ex eo q̄ taliter ordinantur illa corpora a etiam illud est cum adiutorio suorum effectuum quod non inconuenit ut inferius videbitur nec propterea varianda est responsio que data est ad quintum argumentum principale quia in illo casu secundum minimum non adeo bene applicatur agenti sicut primum & propterea non est concedendum q̄ adeo cito ager in millesimum sicut in secundum sed in isto casu secundus minimum applicatur adeo bene agenti sicut primus & hoc de per accidens nec est inconveniens q̄ ignis agat ultra sphaeram sue activitatis in quamquidem precise exactura sua est natus agere quem admodum si ponatur vna pedalitas sic q̄ vna eius medietas sit in sphaera actiuitatis ignis & alia extra sphaeras actiuitatis & minimum naturale stupet sit pedalis ille ignis ager in totam illam stupam quia mirabile esset. q̄ a proportione maioris inequalitatis fieret actio. Sed hoc tibi relinquo.

Forte dictis si alicui igni actiuitatis ut quatuor applicetur una stupa pedalis & minimum naturale ignis sit pedalis & prima medietas stupa sit resistentie ut duo secunda vero ut. viii. tunc videtur esse dicendum q̄ ille ignis ager in primam medietatem eo q̄ a proportione maioris inequalitatis debet fieri actio & per consequens ager in secundam & sic a proportione minoris in-

equalitatis fieret actio. Sed hoc tibi relinquo.

Ad confirmationem nego q̄ ibi

esset unum totum integrale & hoc propter causam dictam & ad replicam dicitur q̄ illud requiritur quando ille forme sunt extense

Ad subconfirmationem i qua inq

ritur in ordine ad quam dimensionem forme determinat sibi certam extensionem materie. Utrum videlicet quo ad longitudinem vel latitudinem vel profunditatem est verum equaliter extensionem determinant quo ad illas tres dimensiones. Respondeo per alias propositiones

Prima propositio quilibet forma

substantialis rei animata determinat sibi certam extensionem materie quod omne dimensionem tam quo ad longitudinem latitudinem & profunditatem probatur

Quæstio Septima

hec propositio docet experientia & quemadmodum fo-
meretur animatarum non possunt esse sub huncunq;
parua longitudine, ita esse non possunt sub quantacunq;
extensione quoad latitudinem. Si enim accipiatur mate-
ria informata forma elephantis & extendatur quo ad lon-
gitudinem. Ita & continue latitudinem deperdat &
hoc quoadusq; non fuerit nisi digitalis l' attitudinis tunc
clarum est ad experientiam & illa materia non amplius i-
formabitur forma elephantis & per consequens signum
est & forma elephantis determinabili certam extensio-
materie indifferenter quoad unam dimensionem es sicut ad
aliam & ita potest dari aliqua materia informata forma e-
lephantis que sit tam parue longitudinis & etiam tam p-
ue latitudinis & etiam profunditatis. q; si ab illa mate-
ria aliqua parua pars separaretur sive separetur secun-
dum longitudinem sive secundum latitudinem sive pro-
funditatem tunc illa materia non amplius informabitur
forma elephantis immo quodam modo es licet sepa-
raretur vna parua pars ab illa materia quo ad longitu-
dinem & addatur illi materie quae d' latitudinem ad
huc licet illa materie sit tam magna sicut prius desinet ta-
men informari tali forma & hoc quia non eplius esset sub
debita extensione quo ad longitudinem.

Secunda propositio Itet sustinet
possit idem est: iudicium de qualibet forma rei inanima-
te vico tamen q; ad talen sentum datum nulla forma sub-
stantialis rei inanimate determinat sibi certam extensi-
onem quoad tres dimensiones declaratur istud exemplo.
Accepto minimo naturali in specie aque cuiuscunq; figu-
res sive sphericæ sive triangularis sive quadrangularis illa
materia potest effici minor quo ad longitudinem & tamen
adhuc informabitur forma aque & etiam posset effici mi-
nor quo ad latitudinem aut profunditatem & adhuc infor-
maretur forma aque. Et non est quia forma aque non de-
terminat sibi hanc figuram vel illam. Nihilominus tamen
istud nihil facit ad positionem minimi naturalis dandū
est enim minimū naturale aque ad sentum huc & babilis
est materia tāe paritatis & si ab ea separetur aliqua pa-
ra pars aut secundū longitudinem aut latitudinem aut
profunditatem dummodo illa pars non datur secundum
aliam dimensionem remanenti aque tunc materia resi-
dua non amplius habet sub forma aque & ita clare patet
discrimen inter formas substanciales rerū animatarum
& rerū inanimatarum. Et in propositione prima dixi &
probabile est dicere eodem modo de forma rerum inani-
matarum. Et si hoc teneatur negandum est illud quod
assumitur in argumēto vñ quia nulla figura repugnet is-
psi aque. Hoc autem tenendo dubitat aliquis ponēdo
vnum dictum supposito & minima extensio materie quā
requirit forma aque sit digitalis aut si esset aliqua mate-
ria triangularis figure sic se habens & vna costa eius sit
digitalis longitudinis alie aurem due semipedalis vnum
in talis materia possit informati forma aque.

Ad quod triplicem dat solutionem primo dicit & non
secundo dicit & probabiliter potest dici & sic tertio di-
cit & sic quia vt dicit diffinmiter longū est aque longissi-
cut sua longissima pars & propreter illa materia est digi-
taliter longa & habet debitam extensionem quo ad lon-
gitudinem ut informatur forma aque. Sed miror quod
modo in hanc tertiam solutionem incidit quia oppositū
illius vñ solum probari potest immo demonstrative con-
cluditur habes p; obationem tertia questio ne primi in
responso ad septimum principale i; tertia opinione propte-

re o; alitur descendendum esset q; illa materia nullo pacto por-
ser informati forma aque. quare clarum est nullam partem
eius esse digitalis longitudinis. Et hec de primo puncto

Uncrustat videre vtrū sit pos-

R; sibile dare maximum quod non potest per se exi-
stere hoc est querere vtrum detur aliqua mate-
ria quam forma aque vel ignis aut aliqua alia non potest
informare propter eius paritatem sed quamlibet mat-
eriam ad sensum ante declaratum in respondē ad cōfirma-
tionem quarti argumenti principalis. Et responderet greg-
gorius decima septima distinctione sui primi & probabili-
lius est dare maximum quod non potest dare minimū qd sic

Sed contra hoc arguitur sic sup-
sito quod maxima materia quam forma ignis per se non
potest informare sit pedalis quantitatis & applicetur al-
cui igni aliqua materia bipedalis tunc queritur vñ ignis a-
get successivū in totam istam materiam vel non si prius
sequitur q; prius ager in vnam digitalitatem illius mate-
rie qd in pedalitatem quod est fallum q; vt suppositum ē
form ignis non potest informare materiam pedalem per
se existentem & hoc propter eius paritatem & per conse-
quens a fortiori non poterit informare materiam digital-
em per se existentem.

Forte dicit q; forma ignis ītrudu-
cetur in instanti in illam materiam pedalē quenadmo-
dum dictum est de minimo naturali. Sed contra tunc da-
bitur maximū quod non potest per se existere extra suū
totum quod manifestam, inuoluit contradictionem q;
si dixeris q; forma ignis introducetur instanti in primā
pedalitatem illius materie & in aliquam partem secunde
pedalitatis.

Contra secundo signetur illa ps
secundu pedalitatis in quam ager in instanti & gravis exes-
pi si digitalis tunc sic arguo omne agens citius agit &c.
igitur iste ignis prius debebat agere in illam pedalitatem
cum medietate illius digitalitatis qd illāpedalitate & di-
gitalitatem simul quia dato q; egisset prius i; pedalitatem
cum in digitalitate nec fuisse datum minus maximo
quod non potest per se existere extra suū totum nec ali-
quod aliud secutum fuisse inconveniens igitur frustra
& mere gratis dicitur q; istud agens agit in instanti in pri-
mani pedalitatem & digitalitem

Cofirmatur supponendo vnu
quod dictum est de questione precedenti scz & dabis sic
maximū ignis q; naturalis potest esse per naturam illo sup-
osto volo & ille maximus ignis sit decem pedum & ali-
cui igni nouem pedum cum dimidio applicet stupa peda-
lis cum semis existens in eo & volo & maximum stupēq;
non pōt per se existere sit pedalis quātitatis isto suppos-
ito arguit sic dabitis maximū quod non pōt per se exis-
tere ipsius stupa extra suū totum igitur hec opinio si-
bi repugnat assumptum patet illa semipedalitas stupa in-
cendetur vel ergo dabatur ibi ignis vnde decim pedum &
per consequens igois decem pedum non fuit maxi-
mus ignis possibilis per naturam quod est contra hypo-
thesim si de secundū tunc sequitur propositum q; ibi
erit stupa pedalis extra suū totum modo vt suppos-
itum est maxima stupa que non potest per se exis-

Primi phisicorum

re est pedalis quantitatis.

Forte dicitur sicut argumentum

bene probat non potest dici quod tota illa semipedalitas in tenderetur quia tunc remaneret ibi maximum stupe quod non potest per se existere extra suum totum et sic remaneret aliqua pars non intensa.

Sed contra hoc arguitur sic detur

illa pars que non incendetur et gratia exempli sunt digitalis et arguitur sic medieras huius digitalitatis est disposita ad suspicionem forme ignis agens est bene dispositum et applicatum ad hoc quod forma substantialis ignis introducatur in illam medietatem nec sequitur quod dabatur ignis maior quam deces pedum nec sequitur quod adhuc datur maximum ipsius stupe quod non potest per se existere extra suum totum nec aliud inconveniens igitur male dictum est quod illa digitalitas nec secundum se nec aliquid sui incendetur. Et si dicas nullam esse partem illius semipedalitatis quin secundum se vel aliquid eius sit incensa.

Contra sequeretur quod aliquis ignis

esset maior altero et hoc indubitate patet sequela capitulo aliquo igne semipedali a gratia exempli et igne generato in illa pedalitate stupe qui sit in tunc sic arguo et est semipedalitatis quantitatis b ut vero non habetur ergo quod a ignis sit maior b et secunda pars patet quia non est in duplo maior nec in triplo nec in aliqua alia proportione igitur indubitate a ignis est maior b.

Ad primus principale respondeat

ab aliquibus concedendo quod istud agens non potest successivum agere in istam materiam quia tunc sequitur quod datur aliqua materia informata forma ignis que tamen esset minor maxima materia quam per se existentem forma ignis non potest informare et ulterius concedunt quod non sufficit dicere quod maximum quod non producturi instanti. Propterea oportet dicere ut tactus est arguendo quod illa pedalitas materie cum aliqua certa parte residue incenditur in instanti sed replica in oppositum adducta ostendit haec solutionem esse irrationabilem. Propterea ab aliis sic responderetur quod maxima materia quam forma ignis per se non potest informare incenditur in instanti cum aliqua parte residue in adequata hoc est dicere applicata materia bipedali alicui igni tunc prima pedalitas incenditur in instanti supposito quod illa sit maxima quam forma ignis non potest informare extra suum totum et aliqua pars secunde pedalitatis in eodem instanti incendiatur sed non est dabis aliquia pars illius secunde pedalitatis que secundum se et quodlibet sui incendetur in illo instanti. Analogiam videntur isti de corpore sphérico tangente corpus perfecte planum ubi non est dabis aliquia pars ipsius corporis plani perfecte tacta ac corpore sphérico. Sed contra hanc solutionem limitat confirmatio adducta et iterum contra ipsam.

Arguitur sequeretur quod daret ma-

ximum pondus quod brunellus potest portare consequentia sic ostenditur supposito quod maximus asinus qui non potest per se existere sit pedalis quantitatis et virtutis portativa ut unum tunc capio aliquam materiam et applicetur ut unum agens potest in illam materiam introducere formam substantialiem asini nam tunc ut dicit solutio ista agens introducit formam substantialiem asini in unam pedalitatem cum aliqua parte residue materie et hoc in

instanti sed non dabitur aliqua pars materie residue in quam introducetur forma asini in illo instanti et in quam libet parte illius partis vel oculo igitur quod ille asinus producetus in illo instanti vocetur brunellus et capiatur aliquis lapis qui sit resistenter ut unum tunc arguitur sic brunellus potest portare istum lapidem et nullum maiorem igitur iste lapis est maximum pondus quod brunellus potest portare consequentia claret ex terminis et antecedentibus patet et primo quo ad priorem partem maximus asinus qui non potest per se existere est virtutis portativa ut unum et per consequens virtus portativa talis asini est equalis cum resistenter huius lapidis et cum in hoc instanti producatur asinus ut puta brunellus maior maximo asini non qui non potest per se existere et etiam maioris virtutis quia suppono quod crescente magnitudine crescat virtus portativa sequitur quod asinus in instanti producetur potest portare hunc lapidem quia a proportione maioris in qualitatibus fit actio. Et ex istis ergo habetur quod brunellus sufficit portare hunc lapidem secunda vero pars probatur puta quod nullum maius pondus brunellus potest portare et arguitur sic si aliquod maius pondus potest portare et gratia exempli sit resistenter ut duo gradus et arguitur sic est aliquis asinus dabilis virtutis portativa ut uno et supponamus illud quod tangebatur inter argendum et crescente magnitudine crescat virtus portativa ita per gratia exempli ad hoc quod aliquis asinus sit virtutis portativa ut duo sit bipedalis quantitatis tunc norum est quod in illo instanti non producebatur aliquis asinus bipedalis et per consequens non producebatur aliquis asinus virtutis portativa ut duo et per consequens non datum est aliquod maius pondus quod brunellus possit portare. Viderit meo iste due rationes rationabiliter videntur destruere hanc solutionem que omnia videntur repugnare ymaginacioni gregorius etiam qui tenet probabile esse dare maximum quod non aliter diceret puta quod maximum quod non incipit esse per ultimum non esse ita quod si maxima materia quam forma ignis per se non potest informare sit pedalis quantitatis et alicui igni applicetur materia tripedalis tunc dico quod istud agens incipiat et introduceret formam substantialiem ignis per ultimum non esse in illam materiam et in illo instanti verum erit dicere et immediate post hoc illa pedalitas erit incensa cum aliqua parte secunde pedalitatis et tamen omnino successiva ager in illam secundam pedalitatem quia nulla pars secunde pedalitatis immediate post hoc erit incensa et tamen unquam verum erit dicere quod datur maximum quod non per se existens et sic illud agens subito ager in illam materiam pedalem. Et ex hac solutione pro nunc nullum vel michi sequi inconveniens sequitur tamen ex ea rei permanentis dari ultimum esse quia ultimus instantis in quo illud agens non agit est ultimum instantis forme substantialis illius ligni que est in illa pedalitate sed illud nullum reputo inconveniens. Qui tamen videntur tenere primam solutionem haberet dicere aliquid esse maius altero et tamen in nulla proportione. Similiter dicere quod datur maximum pondus quod brunellus potest portare vel dicere quod illum lapidem brunellus non potest portare et quia in nullo excessu certo brunellus est maioris activitatis quam iste lapis resistenter sed illa non reputo impugnatione digna etiam quia procedunt ex non intellectu opinionis ipsius gregorii. Illi etiam qui videntur hanc solutionem dicunt quod implicat contradictionem simul et semel dare maximum quod non et minimum quod sic et tamen videtur quod dabile sit minimum quod sic puta ille ignis qui producitur in illo instanti

Questio Septima

quia nullus minor illo potest esse in rerum natura et ille potest esse sequitur ergo quod est dabile minimum naturale ignis et sic dabitur maximum quod non est minimum quod tamen ipsi negant unde est hic aduentus quod licet probabiliter dari potest minimum quod potest per se existere vel maximum quod non potest per se existere tamen non potest simul dari utrumque membrum quod sic potest nam non est quod minimum quod sic est maius maximo quod non nam implicat quod maximum quod non est equale minimo quod sic etiam si maximum quod non est maius minimo quod si tunc aliquid est minus maxio quod non posset per se existere et ita fortior maximum quod non potest per se existere oportet ergo dicere quod minimum quod sic est maius maximo quod non est hoc excessu diuisibili quia impossibile est quod est maius excessu indivisibili et per consequens nullum minus illo posset per se existere et ita aliquid maius maximo quod non etiam non posset per se existere quod iterum inuoluit contradictionem et ita licet non posse simul utrumque membrum dari quodlibet tamen illorum sine qualcum contradictione defendi potest. Et hec est prima opinione circa questionem principalem.

Sequitur secunda opinio quod teneretur in quodlibet specie entium est dabile a liquis a deo prius quod nihil minus illo separari a toto potest durare per notabile tempus in tali specie suo contrario circumstante et agente notanter dicitur quo nihil inus separatum a toto quia capto aliquo minimo naturali verum est dicere quod huius illius inexistens ratione durare per notabile tempus suo proprio circumstante deinde dicitur notanter in tali specie quod dato aliquo minimo naturali alicuius speciei bene potest aliquid minus illo durare per notabile tempus in alia specie. Postea notwithstanding diciter suo contrario circumstante quod capta aliqua parte alicuius minimi naturalis separata etiam a toto illo potest durare per notabile tempus suum contrarium non circumstans ut pura si ponatur in vacuo vel extra sphaera actuum et passionum. Postremo notanter dicitur agente quia capta aliqua parte mini naturalis separata a toto etiam suo contrario circumstante tamen modo tamen deus impedit acutitatem ipsius agentis illa pars posset durare per notabile tempus. Et hec opinio vult dicere quod aristoteles intelligit esse bandam minimum carnem ad sensum nunc declaratum et non sicut intellexit gregorius videlicet quod daretur aliqua caro a deo parva et nulla minor illa extra suum totum posset durare per tempus vel per instantem et tunc respondendum ad argumentum coem gregorii pro secunda conclusione adductum quod una illarum subcontrariantium est falsa hec scilicet aliquam materiam forma hois si potest informare quod licet forma hominis non informet aliquam materiam a deo parvam sicut est materia vnius muscae extra suum totum defectus tamen non provenit ex parte ipsius forme quia forma hominis quantum est ex sua natura bene posset informare illam materiam sed quod nullum agens naturale potest introducere formam hominis in talem materiam extra suum totum propterea nunquam vult est esse aliquam talem materiam separatam a toto informatam formam hominis.

Forte sic dicitur argumentum in aliquam materiam per se existentem formam hominis ab agente naturali potest introduci et in aliquam materiam ab eodem agente formam hominis non potest introduci igitur datur maximam in quam potest vel maximam in quam non potest vel minima in quam sic vel minima in quam non existit et raddicit difficultas.

Aduoc respondeo quod ex illis duabus subcontrariantibus non sequitur aliquid illorum membrorum non enim potest dari minimum quod sic aut max-

imum quod non quia illud esset redire ad opinionem gregorii nec etiam potest dari maximum quod sic quod dato aliquo composito ex maxima materia et formam hois quod potest informare versus est dicere quod illud compositum non possit augmentari nec etiam danda est minima materia quam forma hominis non potest informare quod quacunq; materia demonstrata falsum est dicere quod in qualibet minorem agens naturale potest introducere formam hois ratione autem quare ex illis subcontrariantibus non sequitur aliquid membrum quod ad hoc sequeretur quod diuisio per affirmationem maximum vel negationem minimi requireretur quod affirmatio sic se haberet quod ex eo verificatur pro aliquo pro quo licet minori verificari posset quod non contingit in proposito quia non sequitur si aliquam materiam per se existente formam hominis potest informare qualibet minorem potest informare et ad hoc quod sequeretur diuisio per affirmationem minimi vel negationem maximi oportet quod ex eo quod affirmativa verificaretur pro aliquo pro quo libet maior verificari posset quod etiam non contingit in proposito et hoc est quod dicitur alii quod ad hoc sequatur diuisio requiritur quod nemo non possit indifferenter verificari pro maiori et minori et patet ratio quare ex duabus subcontrariantibus assumptis non sequitur diuisio.

Contra dicta arguitur primo sic si dandum sit tale minimum naturale in specie aquae et gratia exempli sit pedalis qualitatis et capio talia duo minima naturalia alicet et b volo quod b condescendit ad subduplum et tunc sic arguo b condensatum ad subduplum potest durare per notabile tempus suo contrario circumstante et a gente et b sic condensatum est minus a igitur aliquid minus a potest durare per notabile tempus suo contrario circumstante et agente assuptrum quo ad priorem partem probabo (ex quo secunda est manifesta) tantus sit excessus a ceteritate ipsius contrarii circumstantis super resistentiam ipsius b quod est semipedalis quantitatis et quando fuit pedalis qualitatis immo quando est semipedalis quantitatis est minor excessus eo quod virtus unita est fortior se ipsa persa igitur si b poterat durare per notabile tempus suo contrario circumstante et agente quando erat pedalis qualitatis poterit et durare per notabile tempus licet sit semipedalis quantitatis.

Confirmatur capitatur medietas illius minimi naturalis a et gratia exempli sit cyolo quod creare fiat ad duplum ita quod efficiatur pedalis quantitatis sic arguo et est minus a et potest durare per notabile tempus suo contrario circumstante et agente igitur a non erat minimum naturale quod est minus a patet quia et pars ipsius a igitur est minus a quod autem possit durare per notabile tempus sic probo illa forma habet materiam sub debita quantitate et etiam qualitatibus dispositiones requisitas ut informet eam materiam per notabile tempus igitur durabit suo contrario circumstante et agente ipsius et tanto tempore sicut a quo erat proba uidum

Ad primi principale dupliciter respondetur primo ab aliquibus sic quod postquam est condensatum potest durare per tantum tempus ut prius ut videbatur suadere ratio adducta et quando infertur quod minus minimum potest durare per notabile tempus distinguuntur aut certis paribus scilicet in qualitatibus dispositionibus et sic negatur vel si intensores sint qualitatibus dispositiones in parte minima quod in toto et hoc nullum est inconveniens quod vult dicere hec opinio quod est dabilis aliqua aqua a deo parva et nulla minor illa in ueritate dum modo non habeat qualitatibus dispositiones intensores potest durare per tempus notabile suo

Primi physicoꝝ

contrario circumstantie ita q̄ gratia exempli dabilis est aliqua aqua que est uniformis in qualitatis dispositiōnibus a deo parua q̄ nulla ipsius pars cum talibus qua litatiis dispositiōnibus potest durare per tempus nota bile ex eo q̄ vno talium partium multum conductit ad cōseruationem talis forme. Aliomodo ab aliis respōderet negando q̄ b condensat: in posse durare per notabile tē pūs et hic non respicias ad sensum diuisum et tunc ad argumentum quo sic arguitur tantus est excessus acriuitatis ipsius agentis super resistentiam b quando est condensatum quaneus est super b non condensatum immo vide tur minor eo q̄ virtus vñita zc. dico q̄ maior est excessus activitatis agentis super b condensatum q̄ super b non condensatum immo b tunc est minoris resistentie et ad illas propositionem communem dico q̄ habet verum quando talis vñio non repugnat conseruationi tali forme modo in proposito vñio virtutis ipsius b repugnat conseruationi ipsius forme et sic non habetur post q̄ b est condensatus ad subduplicem possit durare per notabile tempus.

Ad confit mationem concedo q̄ crure factum potest durare per notabile tempus sed nihil contra positionem quia posso intelligi dummodo illud minus immo naturali manae sub tali qualitate et dispositione non potest durare per notabile tempus

Secundo principaliter arguitur capiatur aliquod minimum naturale in quacunq; specie volueris et sic arguoper positionem illud potest durare per notabile tempus et nullum minus illo suo contrario circumstante quero atque quid vocas notabile tempus. Et si forte dixeris vnam horam sic arguo signetur resistentia illius minimi naturalis et fitv duos activitatis autē ipsius agentis cum quo potest durare per vnam horam gratia exempli sit vt iii. tunc sic capiatur aliquod agens acriuitatis vt. 8. et notum est q̄ illud minimum naturale resistentie et duo illo contrario circumstante poterit precise durare per medium horam et per consequens illo contrario circumstante non poterit durare per notabile tempus et per consequens nouerit ad minimū naturale quod si forte diccas q̄ sufficit q̄ possit durare per notabile tempus circumstante illo contrario activitatis vt iii.

Cōtra ex illo sequitur destructio totius videlicet q̄ nullum est vndum minimum naturale consequentiam sic probo dato illo minimo naturali resistentie et duo et capiatur eius medietas acepiatur deinceps aliquod contrarium subduple activitatis ad illud contrarium cum quo minimum naturale potest durare per notabile tempus tunc sic illa medietas minimi naturae potest durare per notabile tempus illo circumstante contrario et agente et per consequens potest durare per notabile tempus scilicet per vnam horam aliquo contrario circumstante et per consequens datur minus minimo: q̄ vt dicit solutio precedens non oportet ad hoc q̄ aliquid dicatur esse minimum naturale q̄ possit durare per notabile tempus quocunq; contrario circumstante sed sufficit q̄ aliquo contrario circumstante possit durare per notabile tempus.

Confirmatur nullum est minimum naturale quod suo contrario circumstantie igitur male dictum est assump̄tum patet quia dato oposito quero vel illud contrarium cum quo potest durare illud minimum naturale est maioris acriuitatis q̄ sit illud minimum resistentie vel minus aut equalis non secundum negat tertium quia tunc tale minimum semper duraret eo q̄ a proportione minoris inequalitatis nunc sit actione nec vndum est primum q̄

tunc sequitur q̄ si illud agens applicaretur illi minimo naturali q̄ immediate post hoc ager in illud minimum et sic immediate post hoc corrumperet aliqua pars illius minimum igitur illud minimum non durabit per notabile tempus.

posset proīcere sursum vnum corpus graue ad quādācū et distantiam in vacuo. Et do possit nisi proīcere illud graue ad distantiam centrum pedum dico quod plato equaliter sortis cum sorte non poterit proīcere istud graue per tantam distantiam in pleno et ratio adducta est inter arguēdū. Et quod dicis p̄t proīcere illud graue per aliquā distantiam in pleno et per aliud plenum minoris resistentie poterit proīcere illud graue per maiorem distantiam et ita quo cūq̄ medio dato poterit dari vnum minus resistens per quod poterit proīcere ad maiorem distantiam igitur tandem per aliquod medium sufficiet plato proīcere illud graue ad tantam distantiam sicut sortes in vacuo nego p̄nam nec ex illo iuridatur modus arguendi quem assūpsit philosophus

Quæstio tertia

se volebat arguere corpus simplex positum i aliquo me-
dio aliquant a velocitate mouetur et si illud mediū effici-
tur subduple resistente in duplo velocius per illud moue-
bitur tale graue et si in triplo in triplo velocius igitur si
ponatur in vacuo non mouebitur successiue. Ab hoc sic ar-
guatur in proposito inuenietur ait cē falsum qd si plato
pot p̄cere sursum illud graue ad distantiam virginis pe-
dum per medium resistente ut + nō oportet q possit p̄-
cere illud ad distantiam + pedum per medium resistente
et ut dōtaxat et ratio est clara quia licet resistente extri-
seca efficiatur subdupla non tñ totalis resistente quia se
per maner eadem resistente intrinseca sed non ita conti-
nit de motu corporis simplicis in pleno qd q̄ ponitur i me-
dio subduple resistente ad mediū in quo p̄t erat tunc to-
talis ei resistente efficitur subdupla eo qd solū h̄z i talis
motu resistente extrinsecā ut antea declaratum fuit.

Contra hāc solutionē arguitur sic
sequeretur q mobile simplex moueretur subito in pleno et
ita adeo velociter moueretur in pleno sicut et in vacuo p̄-
bo sequelam Capo aliquē aerē qui in prima p̄t p̄portion-
ali vnius hore rarefact ad duplum et in secunda parte p̄-
portionali deus rarefact cū ad duplum in tertia iterū ad
duplum et ita per omnes p̄tē p̄portionales hore. Deinde
capiō vñ corp⁹ simplex qd p̄atur in illo aere i istā t̄-
minatiō hore illud corpus mouebitur subito in illa aere
igitur per plenum aliqd corpus subito mouebitur q illud
corpus subito mouebitur in illo aere probō sic. Illud cor-
pus si fuisset positum in principio hore in illo aere aliqua
liter velociter fuisset motum per illum aerem et postq; de-
us rarefecit illum aerem ad duplū tunc ex quo ille aer su-
it minois resistente et tota resistente prouinciebat ex p̄-
te mediū et ponamus q tunc ille aer fuerit subduple resis-
tentie sequit qd in duplo velocius illud corpus fuisset mo-
rum p̄ illū aerē sic rarefactū et p̄ p̄ns illud graue nūc pos-
tū in instanti terminatiō in isto aere mobitur subito.

Respōdetur negādo q illud cor-
pus simplex subito mouebitur in pleno i mō casus simpli-
citer ē possibilis sed non ad intensionem arguentis pot
enim deus sic per partes p̄portionales vñ hore rare-
faccere aliqd corpus et in instanti terminatiō hore facere
q illud corpus sit alcius determinate quantitatis sed
non est possibile q sic rarefact aliqd corpus nihil alia fa-
ciendo ita q sic maneat rarefactū in instanti terminatiō
hore qd sequeatur q infinitum clauderetur inter duo pun-
cta qd reputo impossibile de infinito recto cū aliis condi-
tionibus q solent assignari quia quibuscumq; duob⁹ pun-
ctis in instanti iniciatiō hore acceptis in illo corpore ve-
rū est dicere q distabunt pedaliter bipedaliter et sic p̄ā sit
ne statu qd in instanti terminatiō hore sic maneret modo
clarum est qd hoc implicat sicut coiter declarari solet q
fortes in prima parte p̄portionali alcius hore potest
pertransire primam pedalitatem alcius linee infinite et
in scda scda et in qualibet parte p̄portionali vnam pe-
dalitatem quo posito inesse dicim⁹ qd readducetur fortes
per spaciū infinitū et ita eodē mō dico in proposito q
si in qualibet p̄ parte p̄portionali hore deus rarefact illud
corpus qd in instanti terminatiō hore erit alcius certe
quantitatis.

Quarto p̄cipaliter arguitur sic
aliquid mobile simplex potens moueri subito i vacuo po-
terit moueri etiam subito per plenus igitur resistēta me-
diū non est causa successiōis motus cuius oppositū defē-
satū ē assumptū probō. Capio vñ corp⁹ graue qd posset

moueri subito per vacuū p̄tenso a concavo orbis lune vñ
qd ad centrum terre illud p̄t ēt moueri subito qd plenus a con-
cavo orbis lune vñq ad centrum igit qd p̄bo sic qd defē qd
in 20. horis sufficiat descendere per illud plenus a cōcavo
orbis luevñq ad terrā et signetur ei⁹ grauitas qd sit vt +
si adderetur illi corpori adhuc vñus gradus grauitatis
illud corpus velocius descenderet sit ergo ita qd habito
illo gradu grauitatis descendit in 19 horis et arguo sic Se
addatur vñus gradus grauitatis tunc illud graue su-
ficer descendere in 18. horis quia tante activitatē est se-
cundus gradus grauitatis sicut primus igitur si prim⁹
sufficiebat vt illud graue velocius descendere ēt + suffi-
ciet et per p̄ns si adhuc adderentur illi corpori grad⁹ grau-
tatis illud corpus moueretur subito.

Et cōfirmatur pono q De⁹ faciat

vacuum in sup̄rema regione aeris maneat autem plenus
in media regione et etiam faciat vacuum in infima regiōe
capiro deinde vnum corpus graue simplex quod deus sic
ponat vt eius tertia pars sit in vacuo supreme regionis
aeris deinde secunda eius tertia sit in medio pleno regiōis
aeris subsequent et tertia eius pars sit in vacuo in
fine regione aeris. Isto casu positō arguitur sic vel illud
graue mouebitur successiue vel in instāti si successiue tūc
prima eius tertia et ultima que sunt in vacuo mouebunt
successiue et cum quelibet earum sit corpus simplex seq̄
qd aliquod corpus simplex successiue mouebit in vacuo.
Si autem illud corpus mouebit in instanti suis subito seq̄
tur qd prima media tertia qd est in pleno mouebit i instāti et
p̄ p̄ns eq̄ velociter mouebitur in pleno sicut in vacuo.

Ad quartū principale nego q illud
corpus graue possit descendere p̄ plenus a concavo orbis
lune vñq ad terrā subito et ad probationē admitto qd et
addatur vñus gradus grauitatis et concedo qd tunc velo-
cias mouebitur et admitto qd tunc poterit descendere in
19 horis nec propterea sequit qd si addatur 2 gradus qd
virtutis descendit in 18 horis et ratio diuersitatis appa-
ret p̄portionē velocitatum in motibus debet accēdi penes
p̄portionem potentie ad resistētam non curādo de ex-
cessu arithmetico et ita non oportet p̄ii gradus grauitatis
faciant tantum velocitare motum sicut prius et tu super
hoc considera.

Forte dicas stillā corpus simplex
possit mutari subito in illo vacuo sequitur qd p̄m esset in
finite virtutis qd deus nesciret facere aliquod corpus ve-
locius illo moueri. Dico qd non sequitur dato qd deus nō
possit facere qd aliquid velocius mutetur.

Ad confirmationē admissio casu di-
co qd illud graue mouebitur successiue et concedo qd eius
due tertie exstantes in vacuo successiue mouebuntur nec
hoc est contra prius dicra qd de per accidens h̄t resistē-
tiam sed qd primū illud corpus scđm le et qdlibet sui erit
extra mediā regionē seris tunc mutabitur subito Et hec
de questione secunda

Sequitur questio tertia.

Queritur tertio vtrū rarefa-
ctio et cōdēsatio sit possibiles hec qdīo orū h̄z
ex dictis i qdīo p̄cedēti sicut ei patuit in ex-
positione textus atq; dicebat cē p̄nēdū vacuū p̄ rare-
factionē et cōdēsationē arguebat ei sic p̄es corporis i p̄de-
satione mouēt̄ versus certit et nō alia īgrediūt ne sit pene-
tratio corporis īgr̄ p̄es ille qd mouēt̄ recipiūt in vacuitatē
p̄s existentibus intra illud corpus et consummūt̄ p̄ba-

Quarti phisicorum

bant q̄ si rarefactio esset possibilis necesse esset ponere vacuum nos autem non ponentes vacuum aliter dicim⁹ rarefactionem & condensationem posse fieri propterea mota est hec questio. Pro cuius intellectu videndum est in primis penes quid debent attendi raritas & densitas & quid rarum & quid densum quid rarefieri quid condensari & postea dissoluenda est questio.

Circa primū fuit una opinio q̄
dicebat q̄ raritas debet attendi penes proportionem quantitatis ad suā materiam densitas vero penes proportionem materie ad quantitatem. Ad cuius declarationem est notandum q̄ secundum rei veritatem aliter est attendenda magnitudo materie & parvitas materie prout de illa loquuntur in proposito & aliter est attendenda magnitudo & parvitas rei quare quia stat aliqua duo esse equalia in quantitate inequaliter habentia de materia vel in quorum uno est maior magnitudo materie q̄ i alio quod nihil aliud est dicere nisi q̄ stat esse aliqua duo pedalia vel bipedalia vel &c. in quantitate quorum unum magis habet de materia q̄ aliud ut accepto uno pedali ignis & alio pedali terre licet illa duo etiam sint equalia in quantitate tamen multo magis de materia est in pedalī terre q̄ in pedalī ignis non quantitatue quia tanta est extensio materia illius ignis sicut materia illius terre sed est magis de materia in illa terra secundum multitudinem ymaginando eo modo quo ymaginatur est de forma capitulo de reactione isto notato ista opinio ymaginatur sic q̄ accepto uno pedalī ignis videndum est que proportio illius quantitatis ad illam materiam quā visa si detur unum aliud equale maiorem proportionem ad suam materiam habens illud erit rarius primo & in ea proportione in qua proportio illius quantitatis ad suam materiam est maior proportione quantitatis primi pedalī ad suam materiam sit dupla & proportio quantitatis secundi pedalī ad suam materiam sit quadruplicata illud secundum pedale erit in duplo rarius q̄ primum. Ex quo pater q̄ secundum istam opinionem ad hoc q̄ primum pedale sit in duplo rarius q̄ nunc est oportet q̄ proportio illius quantitatis sit dupla ad illam materiam proportionem que nanc est quantitas ad eandem materiam hoc ē q̄ proportio illius quantitatis ad illam materiam sit quadruplicata. Ex quo sequitur secundo q̄ raritas non sola potest fieri per materialionem quantitatis sed etiā manente quantitate de perdendo materiam & hoc secundum qualibet opinionem quia si illud pedale ignis deperderet medietatem materie quam iam haberet manente eadem quantitate illud esset in duplo rarius q̄ nunc est ut pater aspiciat opiniōnem.

Sed contra istaz opinionē arquif
sic sequeretur q̄ non possumus indicare de aliquo q̄ nam est in ordine ad se sed solum in ordine ad aliud cōsequens est falsum igitur opinio est irrationalis cōsequētiā relinquō notaā aūs probō querendo penes quid v̄l quomodo cognoscitur proportio quantitatis ad suam materiam non penes extensionem quia eadem omnino extentione sunt extensa igitur nunq̄ vnius ad alterum ē proportio maioris ineq̄ualitatis neq̄ talis proportio attēditur penes multitudinem materie & quantitatis quia dato illo pedalier non perdita materie neq̄ acquista si illud fiat quadrupedale illud erit raris q̄ nunc est ut omnes concordant tamen neq̄ erit maior multitudine materie neq̄ quantitatis. Sed dicit q̄ illa proportio attenditur

penes extentionem quantitatis & penes multitudinem materie quero quando illa materia & sua quantitas se habēt in proportionē equalitatis & rationabiliter non potes dicere quando cum extensio sit incomparabilis multitudinis igitur ista opinio est omnino inintelligibilis.

Secundo arguitur sic ex eadez positione sequitur q̄ omnia equalia in quantitate eque velo citer acquirentia de quantitate per aliquod certum tempus siue sint equaliter rara siue inequaliter rara equaliter rarefient consequens est falsus falsitatē cōsequētiā sic probō & capio duo pedalia quō vnu est rarum vt 2 & aliud ut 4 quorum quod ubi acquirat in tota hora vnam pedalitatem & sic arguo in fine istius horae vnum erit raru vt 8 & aliud scilicet minus rarum erit precise raru vt 4 ergo vnum acquires 4 gradus raritatis & aliud precise duos & consequens vnum scilicet raris in duplo velocius rarefiet in illa hora q̄ aliud & sequelam siue maiorem probō omnia talia equalia proportionem quantitatis acquirunt super suas materias igitur equaliter rarefient consequentia tenet per opinionē aūs pbo & gratia exempli volo q̄ sine a & b duo pedalia quorum vnu est in duplo rarius altero & in tota hora fiant in duplo maiora tunc equalis proportio acquiretur a quolibet istorum q̄ si das q̄ vnum maiorem proportionem acquires supra suā materiam q̄ aliud scilicet illud quod habebit minus de materia iam opportet dare causam quare nescires dāre pterea non videtur q̄ ista est opinio sit sustinenda.

Alia est opinio communis q̄ dicit
q̄ raritas debet attendi penes distantiam punctorum in ordine ad proportionabilem materiam sic scilicet q̄ si eset duo pedalia equaliter habentia de materia & equalia secundum quālibet dimensionem essent equaliter rara si vero vnum haberet magis de materia q̄ aliud sub eadem quantitate illud esset minus rarum & aliud rarus & in illa proportione in qua sua materia esset in pauciori multitudine q̄ alia & sic capto uno pedali uniforme sic q̄ in omnibus partibus equalibus equaliter habeat de materia illud est uniformiter rarum & sua medietas habet in duplo min⁹ de materia q̄ totum & sic si illa medietas vel aliquid simile illi medietati fuerat in duplo mai⁹ sine acquisitione vel deperditione materie illud sic rarefactum esset in duplo rarius precise q̄ illud primum pedale eo & sub eadem quantitate in duplo minus precise continet de materia & si illud rarefactum vel maioratum iterum si at duplum erit in quadruplo rarius illo pedali eo & sub dupla materia duplam haberet quantitatem ad illud pedale & licet in omnibus istis bene conueniant iste due opiniones, tamen differunt in hoc q̄ prima opinio ponit quantitatem seu extentionem materie esse comparabilem in proportionē maioris ineq̄ualitatis eidem materie q̄ non facile est intelligibile & ista secunda opinio non expedit patet q̄ si duo vel multa equalia ineq̄ualiter rara equaliter acquirant de quantitate in aliquo certo tempore illa ineq̄ualiter rarefient sed dubium est in qua proportionē vnum velocius altero rarefiet vel tardius ad quod dico q̄ in ea proportionē vnum velocius altero rarefiet in qua est rarius altero ut si a pedale sit rarum vt 4 b vezo vt 2 & equaliter acquirant quantitates vscq̄ ad duplū in fine aerit vt 8 & b vt 4 si raritas augeatur per majorationem numeri & a erit vt 2 & b vt vnum si rarefactio maioresetur per minorationem numeri & si teneatur primū

Questio secunda

a est in duplo rarius b si scdm b est in duplo rarius a et hoc supposito qd velocitas rarefactionis attendat penes latitudinem graduum acquisitionem vel degerditam iordine ad proportionabile tempus non curando de illo quod dictum est capitulo de velocitate motus augmentationis quia aliter est iudicandum de velocitate raritatis et densitatis et aliter de velocitate motus augmentationis et diminutionis aliud enim est querere qd velociter hoc augatur et qd velociter illud rarefiat. Et ex his patet quid est rarum et quid densum nam densum est quod habet multam materiali sub parua quantitate ut lapis ferrum illud vero est rarum quod habet modicam materiali sub magna quantitate ut aer ignis. Et ex istis distinctionibus sequitur primo qd illud dicitur esse densius alio quod sub equali quantitate vel minori habet plus vel equaliter de materia ut unus pugilus terre est densior uno pugilo aque quia sub equa li quantitate plus habet de materia qd est desiderio qd sit aggregatum ex uno pugilio aque quia sub minori quantitate habet equaliter de materia teste philosopho illud vero dicitur rarius altero quod sub equali aut maiori quantitate minus aut equaliter habet de materia ut unus pugilus aque rarius est uno pugillo terre eo qd sub equali quantitate minus habet de materia similiter aqua quantitatis pugillorum dicuntur esse rariores uno pugillo terre eo qd equaliter habet de materia sub maiori quantitate. Et ex isto faciliter patet quid sit rarefieri quid vero condensari illud enim corpus condensatur cuius partes mediate plus appropinquant notanter dicitur partes mediate quia dato aliquo corpore pedali quod per condensationem efficietur semipedale verum est dicere qd partes illius media post condensationem minus distabunt qd ante ramen pates immediate ut puta eius due medierates non efficientur propinquiores per illam condensationem qd ante illud non rarescunt cuius partes ab initio magis elongantur.

Sed sequitur qd naturaliter impossibile est aliquid condensari quin aliquid rarefiat qd dato opere sequitur qd naturaliter daretur vacuu quod non contingit dare ut visum est questione precedenti patet tamen pna qd bene sequitur aliquid condensatur ergo minorem locum occupat qd prius et nichil rarefit igitur nichil maiorem locum occupat qd prius et per pna aliquem locum quem derelinquit illud quod condensatur nullum aliud corpus ingreditur qd ita dabitur vacuum eodem modo sequitur qd naturaliter si aliquid rarefiat oportet qd aliquid condensetur qd alias sequeretur penetratio corporum de predicamento substantie quod sic patet si aliquid rarefiat maiores occupat locum qd prius et nichil condensatur igitur nichil occupat minorum locum qd prius signetur ergo locus quem acquirit illud quod rarefit et sequitur qd illud quod prius illud locum occupabat adhuc eum occupat et ita erit penetratio qualitercumq; enim facias siue illud quod prius occupabat illud locum enim dereliquit dummodo nichil condensetur semper habebis penetrationem.

Insuper aduertendum qd rarefactio quandoq; fit per solum motum localem et sicut condensatio ut si aliquod mobile moueat localiter in pleno aereo motu recto una pars aeris rarefit vix illa que sequitur ipsius corpus qd ipso derelinquente aliquem locum illum aer ingredit et hoc per rarefactionem alia autem pars aeris condensatur qd illum novum locum acquirit quem derelinquit aer et hoc per condensationem aliquem vero fit condensatio et similiter rarefactio per motum alterationis videmus enim qd capitulo aliquo vase semipleno aqua supposito igni tandem im-

pletur illa aqua ita qd illa aqua rarefiet si aliqua aqua calida reducit se ad frigiditatem illa aqua condensatur et hoc per solum motum alterationis vix qd de perditionem caliditatis et acquisitionem frigiditatis aliqui vero fit condensatio et similiter rarefactio qd generationem alicuius subiecte et corruptionem alterius ut quod ex aqua generatur aer ibi est rarefactio si vero opposito modo fiat ut puta qd ex aere fiat aqua ut in generatione fontium primitus ibi condensatio

Supponenda est alia distinctio puta

qd duobus modis aliquid rarefit puta proprie et imprope illud improprie rarefit cuius partes a se inicem elongantur et hoc per ingressum aliquorum corporum in poros illius corporis ut patet in sponsa que si ponatur in aqua elongantur eius partes et hoc per ingressum aque in ipsos poros si vero talis sponsa comprimeretur condensaretur in proprie quia expelluntur corpora in eius poris recessantia sed illud dicitur rarefieri proprias partes medie ab initio elongantur omnibus aliis seclusis ita qd opere nulla pars illud corpus desperdat seu acquerat eodem modo aliquid dicuntur condensari cuius partes efficiuntur propinquiores sine deductione alicuius partis communis et reddit in idem cum illo quod dictum est.

Contra predicta arguitur primo

sic ex predictis sequitur qd esset possibile aliquid corpus esse raro et nullo modo densum quod est falsum sequela per casum aliquod corpus pedale volo et eius prima pars proportionalis rarefit ad tantam quantitatem sicut est totum et similiter secunda pars proportionalis ad tantam quantitatem rarefit et ita fiat in omnibus partibus proportionalibus in fine erit verum dicere qd illud corpus est rarus quia habebit modicam materiali sub magna quantitate qd precise tamen materiali habebit sicut habet falsum tamen erit dicere qd illud corpus sit densum quod sic per densum est qd multam materiali habet sub modica quantitate sed tunc illud corpus non habebit modicam quantitatem eo qd habebit infinitam quantitatem saltem secundum quid taliter etiam posset ponni casus qd illud corpus rareficeret taliter qd similiter esset infinitum et illo posito verum esset dicere qd illud corpus esset rarus et nullo modo densum. Forte concedatur qd illud corpus infinitum secundum quid nullo modo est densum.

Contra quelibet pedalitas illius corporis est densa igitur totum corpus est densum pna est clara et tanta per ascensum de qualibet enim pedalitate illius corporis verum est dicere qd aliquam materiali habet subiectum.

Confirmatur sequitur qd esset possibilis aliquid corpus esse densum et nullo modo rarus qd est falsum sequela patet volo qd sunt infinita corpora pedalia que oino consimiliter habeant de materia volo qd in prima parte proportionali alicuius hore unum illorum pedalium condensetur ad subduplum ita qd efficiatur semipedale et coniungatur vni alteri corpori pedalii. Deinde in secunda parte unum aliud corpus pedalie condensetur ad subduplum illius qd condensetur in prima parte proportionali et ei continuetur et ita fiat consequenter de oibus aliis tunc in fine hore erit ibi unum corpus bipedale eius secunda pars proportionalis erit in duplo densio prima tercia in quadruplico quarta in octuplo hoc posito verum erit dicere qd illud corpus est densum qd multa materiali habebit sub modo

Quarti physicoꝝ

et quantitate falsum tamen erit dicere quod illud corpus erit rarum / ratum enim est quod habet modicam materiam sub magna quantitate modo illud corpus non habet modicam materiam quod habet infinitam per se et ratus quod libet pars eius proportionalis est rara igitur illud corpus est rarus et aenam per se quilibet pars proportionalis modicam hanc materiam sub magna quantitate,

Ad primum principale refidetur
concedendo illatum puta quod est possibile aliquod corpus esse rarus quod nullo modo est densum et ad improbationem qua sic arguit quilibet pedalitas illius corporis est densa: igitur illud corpus est densum proposito ante nego primum et illud claret loco diffiniti ponendo diffinitionem non enim sequitur quod liber pedalitas huius corporis habet multam materiam sub modica quantitate sive sub quantum finita igitur totum corpus hanc multam materiam sub quantitate finita.

Sed contra hoc arguitur sic probando
impossibilitatem illius quod possum est in casu et sic arguo ponendo quod in prima parte proportionalis alicuius horae prima pars proportionalis illius corporis pedalis rarefiet ita quod acquirat unam pedalitatem in secunda parte proportionali hoc seca pars proportionalis tantum rarefiet sicut in prima parte proportionali si illud sit possibile ut ponit casus vel cum hoc quod in secunda parte proportionali prima pars proportionalis illius corporis condensetur ad quantitatem quam habebat in principio horae ita per omnes partes proportionales horae rarefiant omnes partes proportionales illius corporis sic quod non rarefiet aliqua pars proportionalis illius corporis precedens condensetur ad quantitatem quam prius habebat et probo quod ex illo sequitur impossibile et gratia argumenti minus in instanti terminatio horae nunc istud corpus est precise pedale et adeo densum et ratum sicut fuit in principio horae eo quod quilibet pars proportionalis eius est precise adeo densa sicut prius et tunc sic arguo ex isto sequitur quod istud corpus est magis densum quam immediate ante hoc fuit et tamen nunc non condensatur nec vnde condensatur ante hoc quod implicat contradictionem sequela tamen probatur illud corpus nunc est precise pedale et tantum haberet materiam sicut immediate ante hoc habebat et immediate ante hoc fuit plusquam pedale igitur nunc est magis densum quam immediate ante hoc prima est clara quod si nunc tantum materiam habet sicut immediate ante hoc habebat et hoc sub minori quantitate sequitur quod est magis densum quam immediate ante fuerit assumptu patet quo ad primam partem et secundam probatur quod quecumque instanti ante hoc dato aliqua pars proportionalis illius corporis rarefiebat ad quantitatem totius corporis igitur immediate ante hoc istud corpus fuit plusquam pedale.

Respondeatur concedendo esse possibile quod per partes proportionales horae partes proportionalles alicuius corporis rarefiant ad quantitatem totius et ad improbationem concedo possibiliter illius quod ponitur in casu puta quod quando una pars proportionalis rarefiet procedens condensetur ad quantitatem quam prius habebat et nego quod ex illo sequatur contradictione et admisso illo quod sumus in instanti terminatio horae concedo quod istud corpus est magis densum quam immediate ante hoc fuit et tamen quod istud corpus nunc non condensatur nec vnde ante condensatur haec secunda pars suppono esse vera salte non condensabat in illa hora et illud sufficit.

Ad confirmationem concedit quod illud
corpus in casu posito est densum et nullo modo rarum et causa tacta est inter argendum eo quod illud corpus non habet modicam materiam sed infinitam non quidam infiniti

te extensionis cum enim dicimus unum pugillum terre plus habere de materia quod habeat unum pugillum aque non est intelligendum quod materia informata forma terre sit maioris extensionis quam materia aquae que informatur forma terre deberet informari forma aquae partes eius multo magis distaret quod nunc distent et ita proportionabiliter dico in proposito quod illud corpus habet infinitam materiam finite tamen extensionis et sic arguitur quilibet pars proportionalis huius corporis est rara igitur illud corpus estrarum dicit quidam quod prima non valet et ratione tacta est quod admodum non sequitur quod libet pars proportionalis huius corporis habet precise infinitam materiam igitur istud totum corpus habet precise finitam materiam sed istud semper non valet nisi intelligatur ad bonum sensum et illa prima prima est bona et aeneum est falsum in casu quod accipiendo per prima parte proportionali aggregatum ex omnibus partibus proportionalibus minoribus falsum est dicere quod illa pars sit rara eo quod habet infinitam materiam sed bene verum est quod libet pars proportionalis secundum ordinem illum dividendo quod illud corpus per partes proportionales partibus minoribus terminatis ad extremum versus quod est infinita materia infinita hanc precise materiam finitam.

Sed contra hoc arguitur sequitur
quod est possibile quod essent aliqua duo corpora eaque bene disposita in densitate quarum unum rarefiet per totam horam sequentem raliud non rarefiet et in fine horae illa duo corpora erunt eaque rara quod est absurdum prima sit ostenditur volo quod et b corpora sic se habeant oino sicut possum est in casu principalis argumenti ita quod libet pars proportionalis tamen habeat de materia sicut prima et volo quod per totam horam sequentem secunda pars proportionalis a corporis rarefiet ad quantitatem prime partis proportionalis tertia vero pars proportionalis in duplo velocius rarefiet quam secunda pars proportionalis b corporis in prima parte proportionali horae rarefiet ad quantitatem prime partis proportionalis tertia rarefiet in secunda parte proportionali horae ad tantam quantitatem et sic per iter in infinitum et sit hora divisa per partes proportionales partibus minoribus terminatis ad instantis terminatiis isto positio probatur assumptum quod a et b nunc sint que bene disposita in densitate per se casu et quod a rarefiet per totam horam per partes ipsius magis et magis a scindit et elongabuntur quod autem b nunc rarefiet per se non instantiter minitatio horae nec etiam per illud instantis nec ante illud instantis igitur nunc rarefiet quod non ante illud instantis rarefiet per se sed erit precise finite quantitatis et habebit materiam infinitam igitur ante instantis terminatiis horae b corpus nullo modo erit rarus et in instanti terminatiis horae a et b corpora erunt equaliter disposita in raritate.

Ad replicandum quidam quod a per totam horam rarer est eo per totam horam erit rarus et continuo semper partes eius magis et elongabuntur.

Forte dicit a per totam horam hanc habere tantam materiam sicut b sed b per totam horam non erit rarus eo quod habebit infinitam materiam igitur etiam a non erit rarus in illa hora nisi dicatur quod ex quo a erit infinitate quantitatis per totam horam continetur et rarus sed tunc sequitur quod male data est diffiniri de ly rarus bene tamen verum est quod si illud sufficeret ad corpus esse rarus puta quod haberet modicam materiam sub magna quantitate vel si haberet infinitam quantitatem tunc concedi posset quod a corpus per totam horam erit rarus quia immediate post hoc erit infinita extensionis quod quocunque instanti post hoc signato inter illud et hoc

Questio tertia

secunda pars proportionalis a erit aliquantulum maiori tertian dapo magis acquirere q̄ scđa et sic p̄ter et tunc diceretur q̄ diffinitio d̄ata inter se ḡitur de corpore raro finite extēsionis et dico q̄ b̄ in casu rarefieri non in instāti nec etiam successiue para in aliquo tempore adequato sed subito videlicet in quolibet tempore terminatio ad instans terminatiū hōre quia in quolibet instanti intrī seco hōre b̄ corpus erit precise finite quantitatis et primo in instanti terminatiū hōre erit infinite quantitatis.

Sed adhuc arguitur contrasolutio
nem principalem & probō q̄ illud corpus sit rarum in ca-
su posito et sic arguo bene sequitur illud corpus est vni-
formiter diffiniter rarum ad nō gradū raritatis termi-
natū igitur illud corpus est rarum quemadmodum seq-
etur in aliis qd̄ si cōcedatur sequitur q̄ est aliquid finite ra-
rum finite quantitatis infinite tamē potentie nō habens
do aliquā alia qualitatem infinitam si enim illud corpus
esset aliqua qualitate frigiditate vel caliditate finita qua-
lificatum et nō haberet aliquā n̄ aliam qualitatē infinitam
solum esset finite potentie et q̄ esset infinite potentie
patet q̄ secunda pars proportionalis que est subduple q̄
titatis ad primam est in duplo densior q̄ prima cū aliis dis-
positionibus igitur est equalis potentie et consimiliter de
aliis larguere potest vbi etiam quelibet pars proportiona-
lis rarefieri ad quantitatē prime quilibet esset tante
potentie sicut prima et cum quelibet tunc esset tante po-
tentie sicut prima et cum quelibet tunc esset tante po-
tentie sicut prima et cum quelibet tunc esset tante po-
tentie sicut prima et cum quelibet tunc esset tante po-

Ad hoc argumentū facile patet ratiō
sio ex dictis q̄ illud corpus nō est uniformiter diffiniter
rarum et causa facile patet ex prima Questione tertii
physicorum.

Scđo principaliter arguit nichil
p̄t rarefieri ergo male dictū est nisi p̄t q̄ si aliquid p̄t
rarefieri quero vel per illam rarefactionē acquiritur aliquid
vel nichil nō est dicendū scđo q̄ tuic rarefactio non esset
motus et q̄ nō si dicendū primū p̄t q̄ si per rarefactionē
aliquid acquireret maxime acquereretur quantitas s̄ probō
q̄ nō q̄ tūc sequeretur q̄ quando aliquid corpus rarefit q̄
s̄litates ipsius corrumperet ut puta calor et albedo q̄ potest
q̄ acquiritur noua quantitas op̄z q̄ precedens corripit
ut evenerit penetratio dimensionum q̄ ut tactum est que-
stione primi primi physicorū probabile est dicere quantitatē
esse subiectū in illarum qualitatū et ad corruptionē
subiecti sequitur corruptio accidentis inherenter illi sub-
iecto igitur cum aliquid corpus calidum rarefit calor
eius corripit.

Cōfirmatur si aliqd̄ corp⁹ dēluz
posset fieri rārum sequeretur q̄ motus posset fieri in instā-
ti qd̄ implicat p̄t tñ p̄ia per rarefactionē acquiritur ma-
ior locū igit̄ cū aliqd̄ corpus rarefit in termino rarefa-
ctionis occupat maioriē locū q̄ prius sed occupatio ma-
ioris loci est causa recessus corporis circumstantis igitur
in extremo rarefactionis corpus circumstantis recedit et si
mus in instanti terminatiū temporis in quo illud corp⁹
rarefit sequitur q̄ in illo instanti corpus circumstantis rece-
dit et cum omnis recessus sit motus sequitur q̄ illo instanti
corpus circumstantis mouetur et nūc ante hoc mouebat
eo q̄ nūc ante hoc illud corpus occupabat illud lo-
cum propter quod ipsum circumstantis debuisse recedere
nec etiam post hoc mouebitur eo q̄ illud corpus nō ulte-
ri rarefieri saltē nō q̄ p̄t hoc mouebit et p̄t p̄t mot⁹
in instāti solū tāq̄ i mēsura i adeqta s̄ tāq̄ i mēsuta ade-

quata quod erat probandum.

Ad scđo principale variū vario mo-
tūdēnt h̄i em̄ qui tenent quantitatē distingui a re quā
ta aliter cōsent q̄ nominales et adhuc isti inter se diuersi-
ficantur aliqui dicunt q̄ rarefactio est motus ad quan-
titatē ita q̄ per rarefactionē acquiritur quantitas omni-
nino noua et antiqua oīno deperdi tur dato etiā q̄ quanti-
tas pedalis et bipedalis esset eiusdem speciei et in quolibet
instanti illius temporis in quo illud corpus rarefit est
vna quantitas precisely durans per instanti et apud istam o-
pinionem negaretur forte quantitatē esse subiectum ac-
cidentiū et tunc non curret argumentum adducum vel il-
lo admisso diceretur q̄ solū est subiectum non ultimum
sue subiectum quo ad cuius corruptionē nō sequitur cor-
ruptio illorum accidentium et quid veritatis hoc habet
patet ex primo physicorū. Alter dicitur q̄ rarefactio non
est motus ad quantitatē immo eadem quantitas que est
in corpore pedali remanet in ipso q̄ per rarefactionē es-
sicitur bipedale et hec soluto apparentior est q̄ quecunq̄
alia tenendo q̄ titatē distingui a re quanta nec in rarefa-
ctione aliquā noua partialis quantitas generatur et hāc
opinionem expresse insequitur cōmentator; quarto physi-
corū cōmento 84 sed tenendo quantitatē ēē re quanta
q̄ rarefactio est mot⁹ ad quantitatē non quidē q̄ acq-
ratur vna talis noua entitas sed q̄ per rarefactionē aliq̄
terminus de predicamento quantitatē incipit verificari
de tali re si em̄ aliquid pedale rarefiat usq̄ ad bipedali-
tate in fine illius rarefactionis ille terminus bipedali inci-
pit verificari de tali re et notum est q̄ ē yūc dicibile de p-
dicamento quantitatē et ad ilium sentim conceditur rare-
factionē esse motum ad quantitatē.

Fortē dicas ergo rarefactio erit so-
lum motus localis qd̄ est falsum probatur tñ sequela q̄ a
per rarefactionē solum acquiritur nouum vbi et non ali-
qua quantitas aut qualitas.

Dicitur q̄ ista ppositio rarefactio
est solum motus localis eo q̄ a parte predicati ponit t̄-
minus cognitatiū sup quē cadit dictio exclusiva pos-
test exponi gratia alietatis vel gratia alteritatis si primo
modo illa ppositio ē vera et concedenda q̄ rarefactio est
illud quod mouetur localiter et non aliud si secundo modo
neganda est illa p̄p̄ si per illam denotatur q̄ rarefactio
est motus localis et precisely de illa specie motus et no a de
aliqua alia qd̄ est falsum Multe aliae fuerint opiniones cir-
ca solutionem huius argumenti aliqui diebant q̄ gene-
ratur noua quantitas et precedens manet alii vero dixer-
unt q̄ omnino generatur noua quantitas et precedens
corripit et quandoq̄ talis quantitas producitur in i-
stanti puta quando rarefaciens ē intrinsecum illi quod ra-
refit vbi vero illud rarefaciens esset extrinsecum talis q̄
quantitas producitur successiue sed has opiniones tanq̄ mi-
nus probabiles derelinquo. Huius qui sicut paulus venetus
tenent q̄ rarefactio non est motus ad quantitatē sed ad
qualitatē unde raritas et densitas sunt scđm eum qua-
litates secunde speciei et ratio ē quia intensio et remissio
reperiuntur nisi in predicamento quantitatē cū igitur ra-
ritas et densitas intenduntur et remittuntur igitur sunt
qualitates et ex illo sequitur q̄ non omnis qualitas potest
advenire suo subiecto sine motu locali eius raritas enim
non potest advenire aliqui sine motu ipsius ne et illud inco-
uenit simile enim declaratum fuit in secundo de figuris s̄
quicquid sit de illo ratio illa est debilis licet enim dicam
rariatem aut densitatem intendi non sequitur propterea

Quartii phisicorum

¶ raritas est qualitas intensibilis quemadmodum dicitur motum intendi et tamen motus non est qualitas intensibilis.
Ad confirmationem nego consequentiā et cōcedo quod in fine cōdensationis illud quod rarefit occupat maiorem locum nec ppterē sequitur quod corpū circūstantias moueat in instanti et dico quod occupatio loci non arguit recessum corporis circūstantis sic quod si nunc occupet locum corpū circūstantias non recedat sed occupatio loci arguit quod corpus circūstantias recessit et ita in fine rarefactionis verū est dicere quod illud quod rarefit occupat maiorem locum est non occupauit et illius locū tunc non acquisitum non tunc est acquisitus et in quolibet tempore terminato ad instantia terminatioē tunc per quod rarefit corpus circūstantias recessit.

Terzo principaliter arguitur sic propterea illud quod dictum est scilicet quod velocitas rarefactionis attenditur penes latitudinem acq[ui]tatis vel deperditā re. Et sic arguo capio ymū rarum ut 4. pedalis q[ua]ntitatis et volo quod in tota hora futura sit in duplo manus per solam rarefactionem et quero vel in fine erit rarus ut 8 vel non si non eū iam sit in duplo rarus quod in principio sequitur quod velocitas rarefactionis non attendit penes latitudinem graduum si dicas quod erit rarus ut 8 qui erit in duplo rarus quod in principio et per seū erit rarus ut 8.

Cōtra si hoc esset versū sequeretur raritas consideratur positiva sicut caliditas vel intensio in qualitatibus quod est falsum et tunc p[ro]posita quod nullus p[ro]positus vel priuatiue consideratur maiorem per majorationem graduū ut ylum fuit superius ubi agebatur de intensione et remissione et falsitatem p[ro]posita sic probo quod si raritas consideret positiva desistas consideraretur priuatiue et per seū in oī deseo esse d[icitur] p[ro]posita desistas quadruplica et occupia quod est omnino contra rōnū et experientiam si dicas quod illa raritas in fine erit minor quod ut 4.

Cōtra sequeretur tunc quod raritas cōsideraretur priuatiue quod est falsum p[ro]posita est nota falsitatem p[ro]positi sic ostendō quod si raritas consideratur priuatiue quod ut 4. densitas similiter consideratur priuatiue vel ambe positiva vel raritas priuatiue et desistas positiue sed nullum istud est dicendum quod raritas non considerat priuatiue p[ro]posita est nota minor probo per prima p[ro]posita et suppono quod p[ro]portionabiliter sicut aliquod frater fuit minus densum quo admisso ut oī cōcedunt arguitur sic in casu posito illud rarus fiet in duplo raru ut 4. in fine erit rarus ut 2. scđm divisionem tuā et tunc quod quo gradu desistatis illud erat densum scilicet quod du ut 4. vel ut 2. et quocunq[ue] gradu dato quem per tunc habet in densitate habebit et postea deperdatur gradus densitatis per majorationem et non equa p[ro]portionabiliter erit minus densum sicut erit rarus quod probo sic quod si erat densum ut 4. in principio hora in fine erit densum ut 8. et p[ro]posita supposta uniformitate illius rarefactionis immensio instanti hora illud erit in proportionē sexquialtera minus densum quod in principio et in illo medio instanti hora solū erit in proportionē sexquiertaria rarus quod in principio cum tunc erit densum ut 6. et rarus ut 3. igitur in maiori proportione condensabitur quod rarefit quod est cōtra superius suppositū et cōdebet modo probabo de quolibet alio gradu densitatis significato ut p[ro]positum apertum iugiter non potest dici quod tam raritas quod densitas se habeant priuatiue et quod non possint ambe considerari positiue probo illo supposito scilicet quod proportionabiliter minoratur raritas sicut minoratur desistas et cōsideratio per seū et capio illud rarus ut 4. rarefactum ad duplum

in fine rarefactionis erit ut 8 ergo in prima medietate illius tunc acqueret p[ro]portionē nē sex q[ua]ntiter et in scđa medietate acq[ui]tare p[ro]portionē sexquiertaria sed desistas cum cōsideret positiva ut tu dicas desista minorari ad subduplum igit in prima medietate illius tunc supposta uniformitate illius condensationis deperdet p[ro]portionē sexquiertiam et in secunda medietate p[ro]portionē sexquialteram cum oī positivum remissionem minorē p[ro]portionē deperdat in prima medietate quā in secunda igitur non uniformiter p[ro]portionabili rarefit sicut fieri minus densum nec econverso quod est contra cōmūnem modum dicendi in ista materia et quod non possit dici tertium scilicet quod raritas se habeat p[ro]posita et densitas positiva probo sic quod nullam rationem habet magis p[ro]posita vna p[ro]p[ri]etate et alia sequitur b[ea]tū raris se h[ab]et p[ro]posita et vbi cūq[ue] eraritas finita est dupla raris et q[ue]dupla et octupla et sic in infinitū p[ro]p[ri]etatis sic quod sic est iquoq[ue] alio p[ro]positu considerato falsitatem tunc p[ro]p[ri]etatis sic p[ro]posito quod tunc in quolibet raro finito in infinitū raru erit aliquid ibi et p[ro]p[ri]etatis spole erit dare aliquid raru uniforme finitum.

Cōfirmatur probādo quod rarefactionē non sit possibilis quod dato opposito sequitur quod in aliquo casu illa duo p[ro]dictoria sitib[us] sunt a corpū per totū h[ab]ent horam rarefit et a corpū non per totā h[ab]ent horam rarefit p[ro]positam sic oī dūo simus sicut in instanti iniciatio alicuius horae quod sit diuisa p[ro]partes proportionales proportionē dupla partib[us] minorib[us] terminariis ad instantias terminatiū et capio aliquod corporū a diuisum etiā ad ymaginacionē p[ro]partes proportionales et volo quod in prima parte proportionali horae p[ro]posita pars proportionalis rarefit cōsiderante scđam partem proportionale ad subduplū et in scđa parte proportionali horae rarefit scđa pars proportionalis a corpū condensando ad subduplū tertia pars proportionale et sicut in tercia p[ro]positio proportionali horae et tercia p[ro]positio proportionalis a corpū rarefit ad subduplū cōdensando quartā et sic p[ro]p[ri]etatis p[ro]posita p[ro]p[ri]etatis p[ro]positio isto casu posito probo affirmatiū quod p[ro]posita a corpū rarefit igitur a corpū rarefit p[ro]posita et clara et assūta p[ro]positio. Negatiū vero sic probo a corpū semper habebit eandem materiam et hoc sub eq[ui]libritate igitur a corpū nō rarefit anni p[ro]p[ri]etatis in fine pulma p[ro]posita proportionali horae tunc quādū acquisuit prima p[ro]positio a corpū tunc deperdidit scđa pars proportionalis etiā tunc adhuc corpū a erit p[ro]p[ri]etatis magnū sicut p[ro]positus fuit et sicut in fine scđe p[ro]positio proportionalis horae tunc quod tunc acq[ui]ret scđa p[ro]posita proportionalis a corpū tunc deperdidit etia p[ro]positio proportionalis igitur a nō p[er] totā horam rarefit et ita in casu illa contradictoria sunt simul vera.

Ad tertium principale respōdet cōcedendo quod velocitas rarefactionis attenditur eo modo quo dictum est supra viii penes latitudinem re. et ad easum de illo raro ut 4. maiorato ad duplum dico quod in fine hora erit in duplo rarus quod in principio et quādū queris vel in fine erit raritas ut 8 vel minor dico quod variū diversi mode respondent aliqui dicunt quod tam raritas quod densitas consideratur positiue et tunc clarum est illa quod raritas est set ut 8. sed quod ista solutio non valeat sufficienter probat in probatio scđe partis. Alii vero dicunt quod densitas se habet priuatiue et raritas positiue et tunc raritas est illa ut 8. et quod ista solutio nō valeat sufficienter ostendit in arguendo dicere quod tam raritas quod densitas considerantur priuatiue est oī irrationabile p[ro]pter etiam op[er]e ut quod oporteat dicere quod raritas se habeat priuatiue et desistas positiue et tunc dico quod in fine illius rarefactionis illud pedale erit raru ut 2. quod in duplo maior quod

Questio quarta

raritas ut 2 q̄ raritas ut 4 sicut dictū est de remissione superius & cōcedo q̄ eque pportionabiliter acquiritur rāritas sicut degitur densitas & econtra yī solet cōter cōcedi & ad argumentū i oppositū facile cōndere ex dictis

Ad confirmationē cōcedo q̄ rarefa-

cio est possibilis & nego q̄ sequātur illa duo contradictria sīt stare & cōcedo negatiā in casu q̄ yī bñ probatum ē in cuiuslibet pris pportionalis hore terminatio verū est dicere q̄ quātū vna pars pportionalis a corporis acc̄ sicut tm̄ alia degidit & tunc ad argumentū quo sic probab affirmatiua q̄is p̄s pportionalis a corporis rarefiet i-
gūt, a corp̄ rarefiet dī q̄ modus arguendi nichil v̄, & va-
riis modis p̄t variis afis verum & p̄n falsum.

Sed cōtra illud sic arguo a corp̄

In fine hore erit mai⁹ q̄ nūc est igit̄ a corp̄ in tota hora rarefiet assumptū p̄t in fine hore due hec prima pars p̄portionalis a corp̄is erit maior q̄ nūc est & nulla alia pars pportionalis a corporis erit tanto minor; in fine ho-
re in quanto tūc erit maior hec prima p̄s pportionalis i-
gis in fine hore a corpus erit mai⁹ q̄ nūc ē p̄a videt ma-
nifesta & aīs p̄t q̄ in prima parte pportionali hore p̄n-
tis prima p̄s pportionalis a corp̄is rar erit cōdēlādoeze-
cundā v̄s ad subduplū & nūq postea cōdefabif igit̄ in fi-
ne hore ipsa erit maior q̄ nūc est q̄ autē nulla aliapars
pportionalis in fine hore erit in tanto minor p̄t q̄ sc̄da, tūc
nō erit in tanto minor si em̄ sc̄da pars pportionalis a corp̄is
non rarefieret in secūda parte pportionali hore sed
manneret p̄cise sub illa quantitate in qua est in fine prime
partis pportionalis hore tunc verum esset dicere in fi-
ne hore q̄ ipsa eset in tanto minor in quanto tūc erit ma-
ior ista p̄ma pars pportionalis q̄ nūc est s̄z cū rarefi-
et sequit̄ q̄ tūc nō erit in tanto minor in quanto tunc erit
maior ista p̄ma pars pportionalis & ita etiā sīt p̄t q̄
in fine hore nulla pars pportionalis a corporis erit in
tanto minor in quanto tunc erit maior hec prima p̄s ppor-
tionalis Et eodē modo, pbari p̄t q̄ aggregatum ex p̄ma
parte pportionali sc̄da i fine erit mai⁹ q̄ nūc sit igit̄
totū corp̄ erit in fine hore mai⁹ q̄ nūc est,

R̄ndetur q̄ aī fine hore erit p̄cise

tārum sicut nūc est & eadē materiā sub equali q̄titate ha-
bebit & q̄s dicas in fine hore ista prima pars pportiona-
lis erit maior q̄ nūc est & nulla alia pars pportionalis e-
rit in tanto minor in quanto erit maior hec prima p̄s
pportionalis igit̄ in fine hore a corpus erit mai⁹ q̄ nūc
est antecedente ad bonum sensum concessō nego p̄iam &
ratio est q̄ aggregatum ex omnibus partibus pportio-
nalibus excepta p̄ma erit per tantā quantitatē in fine ho-
re erit minus p̄ quantā ista p̄ma pars pportionalis e-
rit maior quod sic facilime p̄t in p̄ma parte pportiona-
lis hore secunda pars pportionalis a corp̄is deperdet
mediatē sue quantitatē & quantitatē adequate acqui-
ret p̄ma pars pportionalis in secunda vero parte pro-
pportionali hore illa secunda pars pportionalis a qui-
ret mediatē illius quantitatē quam deperdidit in p̄ma
parte pportionali quia tunc tantum acquires quan-
tum deperdet tercia pars pportionalis sed tercia pars
pportionalis deperdet mediatē sue quantitatē et
mediatē tercie partis pportionalis est subdupla ad
mediatē secunde partis pportionalis igit̄ si secū-
da pars pportionalis in secunda p̄arte pportionali
hore tantum acquires quantum deperdet tercia pars p̄-
portionalis igit̄ acquires mediatē illius quan-
titatis quam deperdidit in p̄ma parte pportionali ho-

re & similiter tercia pars pportionalis a corp̄is in ter-
tia parte pportionali hore acquires mediatē illius
quantitatē quam deperdidit in tercia parte pportiona-
lis & breviter quando aliqua pars pportionalis rarefiet
acquires mediatē quantitatē quam deperdidit in par-
te pportionali precedenti hore & p̄ consequens iter illas
quantitates quas acquirent omnes alie partes pportiona-
les dempta p̄ma erit continue prop̄tio dupla & per
p̄nā quantitas quam per rarefactionem acquires sc̄da p̄s
pportionalis erit equalis aggregatum ex oībus quanti-
tatis quas alie partes pportionales acquirent & p̄
p̄nā aggregatum ex oībus aliis partibus pportionalis
bus aliis a p̄ma per tantā quantitatē in erit minus per
quantā p̄ma pars pportionalis in fine hore erit ma-
ior Et ex illo sequitur q̄ infinite partes a corporis rare-
fient & etiam iūnīte cōdensabuntur quia partes termina-
tis ad extreūm versus quā sunt partes pportionales
minores cōdensabuntur partes autē que sunt vers⁹
aliud extreūm rarefient istud declaratur exemplocapiatur
aliquod corpus quadrupedale si diuidatur per partes p̄
portionales proportionē dupla p̄ma pars erit vna bipe-
dalitas, secunda vna pedalitas tercia semipedalitas & sic
cōsequenter tunc casu posito ista bipedalitas que est pri-
ma pars pportionalis in fine hore erit bipedalitas cī
semis & aggregatum ex omnibus aliis partibus alia bipe-
dalitas efficiet sc̄da pedalis cum semis & ita tantum
deperdet quantum p̄ma acquires & licet hoc faciliter de-
monstrari potest per ea que dicta sunt in tertio probo tas-
men q̄ illud cōstat erit p̄cise pedalis cum semis quia
vt dictum est postq̄ ista secunda pars pportionalis erit
condensata ad subduplū acquires mediatē quantitatē
quis q̄ deperdidit p̄ta quartam partem pedalitatis &
quelibet alia pars pportionalis sequens acquires me-
diatē quantitatē quam p̄us deperdidit & ita conti-
nue erit prop̄tio dupla inter quantitates quas per ra-
refactionem acquires iste partes pportionales quanti-
tas quam acquires sc̄da pars pportionalis erit vna q̄r-
ta igit̄ per rarefactionem equivalenter acquires sc̄da
pars pportionalis & omnes alie sequentes vnam semi-
pedalitatem sed omnes iste deperdent vnam pedalitatem
igit̄ in fine hore simpliciter verum erit dicere q̄ aggre-
gatum ex omnibus partibus pportionalibus est preci-
se, pedalis quantitatē cum semis & ratio ē q̄ illud quod
in prima parte pportionali hore deperdet secunda p̄s
pportionalis huius corporis est duplū ad aliud q̄s
deperdet tercia pars pportionalis & tercia deperdet du-
plū ad illud quod deperdet quarta & secunda deperdet
vnam pedalitatem igit̄ omnes sequentes secundam de-
perdent aliam semipedalitatem & per cōsequens si sic per
vnam totam horam ille partes pportionales condon-
saretur & in nullis partibus pportionalibus hore aliquā
partes pportionales hore rarefierent illa bipedalitas
in fine hore esset p̄cise pedalis quantitatē sed iam pro-
batum est quomodo per rarefactionem acquires vna se-
mipedalitas igit̄ ista semipedalitas solum deperderet
